AUGUSTUS II DEI Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq. necnon Haereditarius Dux Saxoniae & PRINCEPS ELECTOR



44

Significamus praesentibus Literis Nris quorum interest universis et singulis. Productas coram Nobis esse Literas pargameneas manu divae memoriae Srmi Michaelis Regis Poloniae Subscriptas Sigilloque Minori Regni pensili in pixide laminea expresso communitas continentes in se Confirmationes Serenissimorum Antecessorum Nrorum Subditis Villae Nrae Lubeza servientes sanas salvas et illaesas omniq. suspitionis nota carentes. Quarum Literarum tenor sequitur estq. talis. Michael DEI Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kijoviae, Volhyniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq. Significamus praesentibus Literis Nris quorum interest universis et singulis. Praesentatas esse coram Nobis Literas Papyreas ex Actis Castren. Biecensibus authentice emanatas Sigilloq. eiusdem Castri munitas sanas, salvas, et illaesas omniq. suspitionis nota careng. continenq. in se Confirmationem casu igne absumpti Privilegij cum innovatione eiusdem Subditis Villae Lubeza. Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis, Actum in Castro Biecensi feria Tertia post Dominicam Iudica Quadragesimam proxima Anno Domini Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo ad Officium et Acta psenq. Castren. Capitnealia Biecenq. pr veniens Laboriosi Iacobus Sigtowicz Advocatus, et Stanislaus Zakrzewicz de Villa S.R. Mttis Lubeza Subditi Sui et totius Communitatis Subditorum eiusdem Villae Lubeza Nominibus, pro eorum ratihabitione caveng. obtulerunt eidem Officio psenq. et ad acticandum porrexerunt Literas Confirmationis S.R. Mttis modern. ftr regnanq. Privilegij per olim divae memoriae Srmum Sigismundum Augustum Subditis Villae praememoratae Lubeza infrascripto nre dati et collati infrascriptas manu S.R. Mttis propria Subscriptas et Sigillo Regni Majoris Cancellariae obsignatas potenter eadem Confirmationis Literas ad Se offereng. suscepit et in Acta praesenq. inscribere permitti. Quibus quidem Lris Offm psens iis, lectis, sanis et illaesis omniq. suspitionis nota careng. easdem ad affectationem suprascriptorum offereng. suscepit et in Acta sua inscribere mandavit, iuxta illarum tenorem infrascriptum talem. Ioannes Casimirus DEI Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuae, Russiae, Prussiae, Masoviae &c. Significamus praesenq. Lris Nris quorum interest universis et singulis Productum esse coram Nobis Privilegium Srmi olim divae memoriae Sigismundi Augusti Subditis Villae Nrae Lubeza Cracoviae Anno Millmo Quingmo Quadgmo Nono datum voragine ignis maiori ex parte consumptum simulq. copiam eiusdem Privilegij de verbo ad verbum (prout id authenticum Extractum Lustrationis in Palatinatu Cracovienq. peractae in Podtowa Die Trigesima Aprilis Anno Millmo Sexcentmo Vigmo Nono datum manibus Lustratorum Nrorum subscriptum coramq. Sigillis obsignatum comprobat) descriptam de tenore qui sequitur estq. talis. Sigismundus Augustus DEI Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuae Russiae Prussiae Masoviae &c. Dominus et Haeres Significamus tenore praesenq. quorum interest universis. Quia cum apud Nos quaererentur Cmethones Villae Nrae Lubeza de Nbli Martino Lyczko Arendatore Tenutarioq. suo, quod illos stringit et cogit ad maiores labores obeundos quam Ipsi Cmethones ex antiqua consvetudine teneantur, nempe non nisi certos agros Ipsi Cmethones arare et disponere soliti fuerunt, nunc vero alios laneos redimit, et illos pro usu praedij convertit, eosque Cmethones laborare et disponere cogit, et compellit. Ex adverso Mfico Severino Bonar de Balice Castellano Sandomirienq. Zuppario Burgrabio et Magno Procuratore Cracovienq. Osviecimenq. Zatorienq. Biecenq. Rabstinenq. Capitaneo et eodem Martino Lyczko Arendatore Ipsorum compareng. et allegang. hos ipsi pro meliori commodo Bonorum Ipsorum Nrorum Lubeza facere bene licere agere commoda in Bonis ipsis et ab Ipsis Cmethonibus non exigere majores labores quam ex praescripto Statuti communis unam diem in Septimana. Nos autem intelligeng. Ipsos Cmethones non esse Privilegiatos ipsos et quemlibet eorum seorsum circa laborem unius diei in Septimana relinquimus, ita autem quod agri Ipsorum Cmethonum debent commensurari et iuxta praescriptum Statuti de quolibet laneo Cmethones ipsi labores obirent, agros tamen Wlebanales quos Ipsi Lyczko Arendator arendavit, seu conduxit, Cmethones Ipsi non teneng. colere tanquam alienos agros, labores vero per Ipsos Mcum Castellanum Sandecenq. aut eius Arendatorem conducit, non credidit Cmethonibus quos hi qui eosdem non conducebant, implebant. Sed omnes Cmethones labores huiusmodi simul facere pro die tenebuntur. Item quo ad Contributionem frumentalium quam Ipsi Cmethones dare vel quotannis contribuere asseverunt, ex tunc eandem Contributionem mensurae superfluenti extradere tenebuntur iuxta morem veterem. Deinde et frumenta resq. alias ex praedio Villae Lubeza tenebuntur ad fora Oppidanor. Vicinorum ad vendeng. ducere, ducturas tamen huiusmodi et ad forum ultra laborem diei facere tenebuntur, non alibi tamen quam ad Tarnow, Pilzno et Biecz vel ubilibet in spatio trium Milliarium vecturas facere debent. Hortulani etiam et Ipsi Cmethones triturationem frumentorum ipsorum Praedij Villae Lubeza pro labore diei facere tenebuntur, sive ut nunc ratione decimae mensurae. Item nonnulli Cmethones Villae praefatae questi sunt quod agri ipsorum ad praedium hmi Villae Lubeza essent accepti, quos ipsi Cmethones maiori pretio apud alios Cmethones Villae praefatae vicinos suos emerunt quam eis per Ipsum Magnificum Castellm Sandecenq. soluti pecunia nempe sex marcae. Illi vero per viginti aliquot marcas agros hmi emerunt et petunt eis dari hmdi summas pecuniarum aut agros restitui Ipso Magnifico Castellno Sandecenq. et Arendatore praefato ex adverso intente. Quod si quidem ipsi Cmethones agros huiusmodi maiori summa pecuniaria emerint, quam sex marcis, quas ipsis pro agris praefatis Cmethonibus. Item Magnificus Castellanus reposuit tamen, retulerunt Cmethones praefati simul cum agris huiusmodi certa pecora et supellectilia domestica emisse computang. igitur pecuniam huiusmodi cum rebus supellectilibus et frumentis consemminatis allegant, quod non veniet major summa eisdem dari quam praefatae sex marcae pecuniarum. Nos itaque decrevimus et psenq. decernimus ut hanc omnium rerum fiat aequa et iusta compensatio agrorumq. ipsorum Solutio. Item Villagium alias na Wsi, non debet claudi sepibus sed debet esse locus et transitus liber et sufficiens pro pellen. pecoribus et gregibus Cmethonum ad aquang. alias ku napawaniu, sepes autem debebunt facere ex rubetis ad Bona ipsa Lubeza pertineng. non autem per Ipsos Cmethones emptis. Et quia ligna in ipsis Bonis non habent, pro foco et necessitate Curiae. Proinde factor Bonor. ipsorum tenebitur ligna acquirere huiusmodi aut emere apud aliquem Vicinum quae tamen ligna ipsos Cmethones ducere ex rubetis huiusmodi emptis sepes facere et sepire tenebunt. pro labore diei. Item tenebuntur Ipsorum Cmethonum Villares nere canapes et linum pro necessitate Curiae quemadmodum in alijs Villis vicinis observari solitum est, et minori pondere fila huiusmodi a se facta reddere quam lini vel canapis eis datum esset, ad pondus tamen ita ut reddi iuste in alijs Villis consvetum est. Item Incolae Villae praefatae tenebuntur pro labore diei incidere Stramina pro equis et pecoribus alias Sieczkę rzniec Curiae purgare, arbores plantare et alios id genus labores exercere respectu diei quemlibet Cmethonem et Hortulanum spectant. Suvamina vero seu convivia dicta godne in superiori et inferiori Lubeza facere omnes Cmethones et Villani debent sicut ex antiquo facere consveverunt et ut in alijs Villis observatur. In cuius rei Testimonium Sigillum Nrum psenq. est subappensum Datum Cracoviae feria quinta ante Dominicam Reminiscere proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Nono, Relatio Magnifici Nicolaj Prabia Castellani Chelmenq. Regni Poloniae Vicecancellri et Lubomlienq. et Capitanei Nicolaus Prabia Rni Vicecancellrius mpa. Supplicatumque Nobis est ut praeinserti Privilegij seu Ordinationis copiam Authte Nra approbare et confirmare Privilegiumq. praeinsertum innovare dignaremur, prout quidem inhaerendo praefatae Lustrationi annueng. praefatae Supplicationi uti iustae innovamus, approbamus, et confirmamus hisce Literis Nris declarang. easdem in omnibus punctis, clausulis, et conditionibus vim et robur perpetuae firmitatis inquantum iuris est et usus earum expostulat obtinere debere. In cuius rei fidem, psenq. manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracoviae Die Trigesima Prima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Regnorum Nostrorum Poloniae et Sveciae 13. Anno Confirmatio Copiae igne absumpti Privilegij cum innovatione eiusdem Subditis Villae Lubeza. Andreas Miaskowski Abbas Premislienq. Regens Cancellariae Regni, Ioannes Casimirus Rex. Post quarum quidem Literarum in Acta praesenq. ingrossationem originale illarum suprascripti offereng. in instanti ab eodem Officio praesenti receperunt, et de eorum exhadito hoc idem officium praesens quietavit, praesentibusque quietant. Venceslaus z Potok Potocki Vicepincerna et Iudex Castrenq. Biecenq. mpa. correxit Zarzechowski mpa. Supplicatum est Nobis Nomine eorundem Subditorum de Villa Lubeza ut praeinsertas Literas in omnibus earum punctis, clausulis articulis et conditionibus Authte Nra Regia approbare et ratificare dignaremur. Cui Supplicationi uti iustae et aequitati consonae. Nos Michael Rex benigne annuentes suprafatasq. Literas psenq. approbamus confirmamus, et ratificamus decernentes easdem vim et robur perpetuae firmitatis (inquantum Iuris est et usus earum habetur) obtinere debere. In quorum fidem psenq. manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die quarta Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. Regni Nri Secundo. Confirmatio Ordinationis certae Subditorum de Villa Lubeza in Capitaneatu Biecensi Palatinatu Cracovienq. Michael Rex (Locus Sigilli Minoris Cancellariae Regni pensilis in pixide laminea appositi) Stanislaus Bukowski CWC Regens Cancellariae Regni. Supplicatumque Nobis est per certos Consiliarios Nros pro ijsdem Subditis Villae Nrae Lubeza ut praefatas Literas authoritate Nostra Regia approbare confirmare et ratificare dignaremur, cui Supplicationi Nos benigne annueng. praeinsertas Literas in omnibus earum punctis, clausulis, articulis, conditionibus contentis nexibus, et ligamentis approbandas, confirmandas et ratificandas esse duximus prout inquantum Iuris est et usus earum habetur approbamus confirmamus et ratificamus, praesenq. Literis Nris decerneng. easdem vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem praesenq. manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Die Mensis et Anno Domini MDCCXXVII. Regni vero Nri XXX.

Augustus Rex

Confirmatio Iurium & Privilegiorum Subditis Villae Nrae Lubeza Servientium